



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Anastasio monacho et confessore. Cap[itulum]. cxiiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

**De sanctis in mēse ianuarij occurrētibus Folio. xliij.**

quidam leuita: qui eos hospicio susceperat: se-  
peliuit: propter quod et ipse a iudice tentus bra-  
chys sibi a cubitis percussis in eodem loco vbi et  
illi passi fuerant decollari iubetur. Quod videns  
pater victoris: quia ipse christianus erat: fugas  
arripuit: sed a coniuge aquilina nomine hortas-  
tus rediens vna cum filio capite cesus est. Ho-  
rum omnia corpora pontius episcopus diuina  
revelatione commonitus: plaustro imposita ad  
loca pristina italle deferebat: donec iuxta ciuita-  
tatem hebreudenei. peruenerunt: vbi bubus se-  
figentibus: nulloq; modo inde ultra abire vale-  
tibus corpora martyru sepulta sunt: diuina co-  
gnita voluntate. Horum natale recolit. ij. kalē.  
februarij: vt dicit Aido.

**De sancto Anastasio martyre et  
socijs.**



**Anastasius mona-**

chus et martyr octauo heracii im-  
peratoris anno sub persecutione  
Cosroe regis iniqui Persarum:  
martyrium passus est. Hic natio-  
ne persa de regione razerh fundo rasuum: voca-  
batur magundath filius Bau maximi magi: et  
ipse magis ab annis iuuenilibus eruditus mi-  
lesq; strenuus fuit in regia ciuitate persarum.  
Postq; no terra sancta a cosroe rege occupata  
est: et crux dominica capta: ipse cum christianis  
captiuis ductis in perfidem conuersatus: et ab  
eisdem in fide christi doctus est: moxq; amore  
baptismatis inflammatus relicta militia et ma-  
gicarum artium libris exultis: venit in partes  
orientis. Et apud malleatorē quēdam xpianum  
anno integro mansit: et artem suam optime didi-  
cit. A quo de mysterijs fidei plenius informatus  
hierosolymā venit: et a quodam modo presby-  
tero baptisma suscepit. Et post hoc apud heliā  
presbyterum octo diebus degit: a quo etiā in  
amore christi confortatus exiit. Deinde in mo-  
nasterio quod quattuor milibus a hierosolyma  
distat: sub abbate iustino monasticum habitum  
sumpsit: in quo dudū laudabiliter vixit. Post q;  
martyrij desiderio fragrans: diuina visione cō-  
monetur: vt loca sacra vísitet: et sic ad passiones  
optaram peruenerit. De licentia igitur sui abba-  
tis abiit diospolim: deinde cesareas palestine:  
deinde sacris locis iustratis calcedonias venit:  
vbi dum quosdam magos repertos argueret: et  
interrogatus cuius esset secte: se christicolam  
respondisset: tentus est a barbazana iudice im-  
peratoris cosroe: et vinculis ferreis abstrictus  
per dies plurimos: deinde grauissime cesus: in  
castello quodam arctissime custodie mancipat:  
vbi angelica vísitatione cum splendore nimio cō-  
fortatur. Quem cū imperator relaxa fuisset:  
ipsūq; olim suum militem recoluisset: manda-  
uit illum sibi in perfidam vinculis ferreis con-  
strictum destinari. Quem cum sibi presentatus

et interrogatum christianissimum repperisset  
in predio bethsalces ipsum magno cathenatus  
pondere pressum durissimo carceri mancipari  
iussit: et in media diebus quindecim macerari.  
Post hec eductum iterumq; interrogatum: et  
in christi fide constantissime persistentem: ab  
vno brachto per duas horas suspendi fecit: et  
post hec iterum flagellari. Nouissime cum sexa-  
ginta christianis qui cum eo de Cesarea vene-  
rant: et eodem rege detenti fuerant: extra  
villam Bethsalces fecit educi: ipsosq; omnes  
vt ex hoc terretur: spectante christi martyre res-  
tibus prefocari. Qui dum omnium nece conspe-  
cta constantior videretur: omnium vltimus et ipse  
iussu imperatoris prefocatus: et deinde decola-  
tus est. Eius corpus a quodā christiano tri-  
buno magno precio redemptum a periculis ab  
alio: um martyrum corporibus segregatur: et ab  
eodem noctu arreptum ad monasterium sancti  
Sergij martyris: quod vno miliario a castello  
distat: clandestine ducitur: et ibidem hono-  
rice tumulatur. Nunc autem dicitur esse in eccle-  
sia sancte trinitatis de venetijs: quod ab inco-  
lis ipsius vrbis de constantinopoli illuc asserit  
fuisse translatum. Qui passus est vndecimo ka-  
lendas februarij.

**De sancto Anastasio monacho et  
confessore.**



**Anastasius con-**

fessor: et monachus: romas-  
ne ecclesie notarius fuit.  
Qui soli deo seruire deside-  
rans: officium reliquit: et in  
monasterio quod dicitur sup-  
petrona iuxta nepesinā vs-  
bem positus monachus factus: in sanctis acti-  
bus vitam duxit: cuius post tempus monasterio  
solerti custodia prefuit. Quadam no nocte de  
rupe que cenobio in monte preeminet facta vox  
insonuit: que anastasium primo inde septē fra-  
tres alios nominatim vt venirent vocauit. Par-  
uo deinde momento vox siluit: et post hec octa-  
uum fratrem iterum euocauit: que quidem vo-  
ces ab omnibus fratribus audite sunt. Intra  
paucos igitur dies prius anastasius abbas: de  
inde ceteri eo ordine ex carne educti sunt: quo  
de rupis vertice vocati fuerunt: frater no ille  
ad quem vocandum vox aliquātulum siluit: mo-  
rientibus alijs paucis diebus superuixit: et tūc  
ipse etiam vitam finit. Sed mira res conti-  
git: quia dū anastasius migraret a corpore: erat  
quidam frater qui super eum viuere nolens: p-  
noluit eius pedibus cum lachrymis illum ad-  
iurauit: vt per eum ad quem sbar taliter ageret  
ne septem dies in mundo eidem superuiveret.  
Ante no septimū diem etiā ipse defunctus est:  
qui tamen illa nocte inter ceteros vocatus non  
fuerat: vt ex hoc aperte claresceret: qz eius obi-  
f ij

tū sola sancti anastasi intercessio obtinere potest  
tu isser. Hec Grego. primo dialogo. cap. viij.

Explicit liber secundus.

### Incipit prologus tertij libri.



### Tertius liber

huius catalogi continet sanctorum passionum et gesta: quorum festiuitates eueniunt infra illud tempus in quo representat ecclesia ipsius dei sponse per anulum subaratum atque desponsatione: quod fuit a christi baptismo usque ad eius resurrectionem. Et illud tempus ecclesia representat a septuagesima usque ad pascha. In quo tempore vera tempore sancta ecclesia primis tribus dominicis subaratur anulo fidei per christi doctrinam et predicationem: hoc est in dominica septuagesime: septuagesime: et quinquagesime. Quas predicationem christus primo per discipulos adimpleuit: cum. lxxij. discipulos ante faciem suam misit in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse venturus. Et hoc in euangelio ipsius dominice septuagesime mystice denotatur: in patrefamilias qui est ipse christus: qui exiit primo mane conducere operarios: id est predicatorum in vineam suam sanctam: scilicet ecclesiam in qua ipsos introiit. Secundo ipsius predicationis officium etiam per seipsum exercuit. Et hoc in euangelio dominice septuagesime figuratur in seminare: quod ipse ueritas de semine predicationis exponit. Tertio eandem predicationem etiam miraculis confirmauit. Et hoc in euangelio dominice quinquagesime exprimitur per cecum illu-

minatū a christo: humanus genus significārem a cecitate culpe per uerbi dei predicationē illustratum. Sequentibus hō quattuor dominicis: scilicet a prima dominica quadragesime usque ad dominicam passionis: dei sponsa anulo spei subaratur per christi penitentiam et afflictionem: de qua tunc iugiter memoria colitur. Et quod penitentie opera in quattuor consistunt: scilicet in ieiunio: oratione elemosina et peregrinatione: quod christus cepit facere et docere. Ideo in prima dominica agitur de christi ieiunio: quod specialius in euangelio commemoratur. Tum enim ieiunauerat quadraginta diebus et quadraginta noctibus etc. In secunda agitur de oratione: de qua in euangelio mentio habetur. Nam ideo motem thabor excelsum ascendit: ut oraret etc. quod quibus mattheus filiarum: marcus et lucas expressius sonant. In tertia agitur de christi elemosina: non quidem materialis pecunie quam christus pauper uide daret non habuit: sed spiritualis gratie quam egros sanando concessit: ideo in euangelio cecus: surdus: mutus: et demoniacus ab omnibus ipsis passionibus liberatus introducit. In quarta agitur de peregrinatione: que in euangelio specialiter recollitur: ideo ibi. Abiit iesus trans mare galilee etc. Ultimis hō duabus dominicis ecclesia anulo charitatis decoratur: dominica passionis uidelicet et palmarum per christi mortem et passionem: que tunc deuotissime celebratur. Et merito duabus dominicis talis memoria recollitur: quia duo sunt precepta charitatis: dei scilicet amor et proximi: quam christus pro nobis partendo signanter exhibuit infinitam. Et ideo in prima dominica agitur de passione mentali que pertulit a iudeis eiecus et expulsus: quod ad litteram in dominicali euangelio et per toram legitur septimanam. In secunda agitur de passione corporali: quam sustinuit in carne passus et crucifixus: quod in quattuor passionibus in ipsa hebdomada ad litteram demonstratur. Ad huius igitur temporis festa perquirenda ueniendum est.